



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

*Virtus morumque integritas, mirè Heisterbaci cluxit, quando frugilitate vitæ, verâ patientia, religiosa asperitate, & per insignem sui mundique contemptum, ad virtutis Fastigium ita eniſus est, ut sotus virtus, torus demissio haberetur. O pulchram sancte & familiarem Santis artem, per humilia alta petere! Sic Comitem ipse in terris abiciens, in Cælo Regem induit.* Ex M. SS. Heister.

### APRILIS.

#### Die I.

**K**Alendis huius terras deseruit THEODORVS à Lurecke, naturæ gratiæque opibus planè insignis; qui Canonicatu Bonnensi relicto, totâ mente Heisterbaci humilem Cisterciensiu vitam regulâmq̄ amplexus est. Tentationibus pulsatus, age anime, aiebat; sancte pugnemus ut dulcissimo IESV Cordi vel sic jucunditatem, quam possumus, pariamus; dignus est IESVS, pro quo aspera omnia perferamus. Rarâ cibi parsimoniâ ad decrepitam usque ætatem usus: Documento mortalibus relicto, frugalitate vitæque Religiose asperitate non minui annos, sed augeri. Iamque Cæli delicijs sine fastidio satur sibi DEOQUE porrò victurus. Ex eius loci Necrologio.

#### II.

**I**N Fravvenkirchen apud Riparicos, B. GENOVEVÆ Comitis Palatine, quæ ex voto DEIPARÆ emisso

emisso, filium enixa est, SIFRIDO marito in *Syria* contra *Saracenos* agente. Interca *Galo*, aulæ Princeps minister, qui incassum sœpius GENOVEVÆ pudicitiam expugnare laborabat, scelus scelere tegens, apud SIFRIDVM *Palatinum* è bello regressum, GENOVEVAM in suspicionem adduxit prolis ex alieno thalamo suscepitæ, ipsam *castimoniam ac virtutem, velut ream facturus.* In qua delatione obcæcatus *Sifridus*, & Matrem & Prolem e medio tolli imperat, sed mitiores Dominio famuli, denissimæ silvæ latebris utrumque occultârunt. Vbi quinquennio extremâ in opia herbis & cervæ obsequiosæ lacte vitam trahentes, à venante SIFRIDO non sine DEI nutu reperti receptique sunt, insigni omnium applausu. Golone verò, dignâ morte sublato, GENOVEVÆ rogatu, *Palatinus Sifridus elegans* in medio Silvarum Sospitatrici VIRGINI facellum erexit, quod Coniugalem Genovevæ castitatem hodiedum loquitur; sic nimirum mortalium rerum vicissitudine, lœta tristibus, tristia rursum lœtis temperantur. Ex Freihero, Ericio Puteano & Molano de SS. Belgij.

## III.

**S**Acram Neoburgense festivo cultu proponit  
CAPVT